

15

*Einspruch der Mendikantenorden Straßburgs gegen den „Prozeß“
Bischof Lamprechts.*

[kurz nach 1374 August 19]

Editionen: —

Überlieferung: Hs. Wolfenbüttel 311 Helmst. fol. 104^{ra}—105^{ra}
(= W).

Zur Sache vgl. oben S. 81 f. Die Überlieferung der Wolfenbütteler Hs. ist stellenweise spürbar fehlerhaft, doch sind Texteingriffe auf ein Mindestmaß beschränkt worden.

Reverende^{a)} pater et domine graciose! Nos^{b)} religiosi mendicancium ordinum vestrarum civitatis et dyocesis Argent(inensium) ante supplicacionem et requisicionem subscriptas protestamur, quod ea, que in quodam processu nuper a vobis contra mulieres, que Begine communiter nuncupantur, emisso et publicato narrantur et continentur vel similia — fidei catholice, observancie, vel religioni^{c)} eius derogancia vel contraria —, ante vel post emissionem dicti processus de talibus mulieribus vel personis aliis utriusque sexus vestrarum civitatis et dyocesis predictarum in audiendo confessiones, sermocinando, conversando cum eis vel fide dignorum relacione certa vel vera alias vel aliter quam per insinuacionem, narracionem, et publicacionem dicti processus veraciter non invenimus neque didissimus^{d)} ex presumpcione aliqua racionabili vel violenta seu verisimili coniectura; et si qua talia vel similia — dicte fidei catholice, eius observancie, et religioni derogancia vel contraria — invenissemus veraciter vel didissemus ex presumpcione racionabili vel violenta seu verisimili coniectura, non solum dicte paternitati vestre notificassemus, ut facere teneremur, verum eciam ut vere fidei catholice zelatores eiusque edificacionem et solliditatem affectantes contra errores huiusmodi et similes publice predicassemus, ipsos^{e)} confutando et, ut heresim saperent, Christi fideles informando. Sed quia talia non invenimus nec didissimus neque eciam post emissionem dicti processus invenire potuimus seu pro vero dissere^{f)} quovismodo, idcirco^{g)} ea dicte paternitati reserare et notificare non potuimus neque contra ea doctrinas tradere vel publice predicare.

^{a)} *Überschrift:* Contradictio ordinum mendicancium super premissis W (= Heinrich von Sachsen) ^{b)} *Glosse:* Excusacio, quod nichil sciverint de hiis malis Beginis W (= Heinrich von Sachsen) ^{c)} *regioni* W ^{d)} *so* W *hier und im folgenden für* didicimus ^{e)} *ipsas* W ^{f)} *für* discere; didisere W ^{g)} *idcirca* W